Hisq; circa particularia, eaqve minutiora, facile monſtrat, diverſos hos ſcriptores nec in falſis tradendis inter ſe conſpirâſſe, nec alterum alterius Scripta compilâſſe. De tali argumento Clariſſ: Olaus Rudbeckius Atlant: ſuæ cap. 1. paragr: 2do eruditè diſſerit, ex qvibus pauca adſcribam, poſtqvam enim præmiſiſſet diſſertatiunculam de abſtruſa fabulis & ænigmatibus implicata ſcribendi ratione, hæc ſubjicit.

„ Verum enimvero & alios reperire licebit, qvibus non tantum hæc abſtruſa ſcribendi ratio, ſed etiam clariſſimis verbis omnia proponens hiſtoria, maximè ſi diverſos ſcriptores in nonnullis rebus ab invicem diſcrepare contingat, pro inani commento erit. Qvid ſi talibus rem u-